Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

eius rex babylonis, porro et hoc dicit quod eum israel populo audeat
prius, puocent gentes ad fidem ut deserat salubus quod de
exercitu abessalon plurimos occiderunt veniant ad ec
clesiam et comedant celeste pane agniq; carne saturent. Spe
culatores eius ceci omnes nesciverunt universi canes mu
ti non valentes latrare videntes vana dormientes et aman
tes somnia et canes impudentissimi nesciverunt satura
tate. Ipsi pastores nesciverunt intellegentiam. omnes in
via sua declinaverunt unusquisq; ad avaritiam suam.
a summo usq; ad novissimum. Venite sumamus vinum
et impleamur ebrietate et erit sicut hodie sic et cras et
multo amplius. lex. Venite videte quomodo excecati
sunt omnes non cognoverunt universi canes muti non po
terunt latrare somniantes lectulum amantes dormita
tonem et canes impudentes animae ignoraverunt satu
ritatem et sunt iniqui nescientes intellegentiam. omnes viam
suam secuti sunt unusquisq; simul a summitate eius venite
sumamus vinum et inebriemur et sit talis dies crastina am
plius magna nimis. Vt omnes inquit bestiae saltus ve
niant et devorent congregatos sive in locum iudeo
rum turba succedat speculatores eorum in causa sunt.
scribe videlicet et pharisei quomodo omnes ceci nesciverunt dm
saluatorem nec lucem voluerunt videre presentem. ad quos
dns loquebatur. stulti et ceci quid est plus aurum an altare quod
sanctificat aurum. Et item duces ceci culicem liquantes et came
lum glutientes. et cecum cecus ducens ambo in foveam ca
dunt. Id est autem magistri speculatores vocentur et supra
legimus. in eo enim loco ubi iurta lex dicit vox custo
dum tuorum elevata est. in hebraico scriptum est. vox speculatorum
tuorum. de quibus ezechiel erat cum loqui dns. fili hominis